Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dico tibi ego veniam et curabo eum ℣ Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus ℣ Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic vade et vadit et seruo meo fac hoc et facit sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus ℣ Multi venient ab oriente et occidente et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum ℣ Ecce enim iram operatur ℣ Ubi enim non est lex nec preuaricatio ℣ Deo ex fide ut sit gratia firma sit promissio omni semini eius Tu Non ex qui ex lege tantum solum sed et ex qui ex fide abrahe qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti Tu Qui uiuificat mortuos et uocat ea que non sunt tamquam ea que sunt ℣ Qui contra spem in spe credidit ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei Tu Sic erit Feria iii lec. semen tuum sicut stellae celi et sicut arena quae est in litore maris ℣ Et non infirmatus est in fide nec

ego

consideauit corpus suum iam emortuum cum fere centum esset annorum et emortuam uuluam sare Tu In repromissione dei non hesitauit diffidentia sed confortatus est fide dans gloriam deo plenissime sciens quia quecumque promisit deus potens est et facere Tu Deo quoque reputatum est ei ad iusticiam non autem est scriptum propter ipsum tantum quia reputatum est illi ad iusticiam sed et propter nos quibus reputabitur credentibus in eum Tu Feria Qui suscitauit iii lec. Dominum nostrum ihesum christum a mortuis qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram ℣ Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad dominum per dominum nostrum ihesum christum per quem et accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum dei Tu Non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur patientia autem probacionem probacio uero spem Tu Feria v Spes autem non lectiones confundit quia caritas